



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

2. Junii. Quanta illorum paucitas, qui sanguinis Jesu pretio ad salutem utantur? S. Ignat. ibidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

sine magno conatu obtineri non posse me-  
mineris.

Nec pericula hęc, nec difficultates me-  
tue ; & has, & illa gratia vocationis immu-  
nuet, tibi que vires addet , ut ubi naufragi-  
um pateretur alius, te vocatio seruet in  
columem.

2. Junii.

*Quanta illorum paucitas, qui sanguinis pre-  
tium ad salutem utantur ? S. Ignatius  
ibidem.*

**C** Adit a finis , est, qui subleuet, & si ca-  
dat anima , quis ei levandę manum  
admoveat? sic pretium sanguinis Christi, sic  
infiniti valoris merces contemnitur!

Nummus perditus quantã curã quær-  
tur, & si gratia Dei pereat, quã rarus ullã  
solicitudine tangitur , cujus tamen mini-  
mus etiam gradus omnes totius orbis the-  
sauros pretio longissimè antecedit.

Christi sanguis in totius orbis pretium  
datus est, & tamen ( O quã vera, tam la-  
chrymabilis cogitatio! ) pauci sunt, quibus  
prodest ad salutem. Multi vocati ! pauci  
electi!

Christi plũs, quã Abel justus, sanguis

clamat de terra vindictam. Sic, qui fufus  
est in salutem, convertitur in ruinam, &  
redemptionis pretium, fit perditionis ar-  
gumentum.

3. Junii.

*Nec duntaxat invicem vos perpetuò dilige-  
re, & amare debetis, sed amorem illum in  
omnes communicare. S. Ignat. ibid. f. 331.*

**S**I vera charitas est, vel sol fit in univer-  
fo, vel punctum in circulo; Ex hoc re-  
ctæ ad univerfa circuli puncta ducuntur li-  
neæ; ille lucere, & prodesse pari luce co-  
natur omnibus.

Omnibus debitores sumus, ut omnibus  
omnia fiamus. Nec id quidem ad speciem  
folùm, hoc enim non amare est, sed adula-  
ri, non prodesse, sed decipere velle; indi-  
gnum humanâ societate vitium!

Magneticum hoc amoris arcanum est,  
ut qui amat omnes, pariter ab omnibus  
redametur. Echo nempe charitas est, red-  
dit, quem accipit affectum. Hæc sola justa  
est humanos favores aucupandi via.

Imitatores ejus fimus, qui ut charitatem  
nos doceret, pro uno non magis, quàm  
pro omnibus mortuus. Partiales affectus  
sunt odiorum semina.

4. Ju-